



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

50. An tentent illi qui non solum omnes cæremonias apud peste infectos recitant sed etiam antidota & res præseruatiuas, quas facile habere possunt, negligunt?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## QVÆSTIO L.

*Attendant illi qui non solum omnes ceremonias  
apud peste infectos recitant: sed etiam anti-  
dota & res præseruatiuas quæ facile  
habere possunt, negligunt.*

## Quæstionis explicatio.

**O**Rta est hæc quæstio ex eadem occa-  
sione: nam idem de quo superius lo-  
quuti sumus, sicut oēs cæremonias quam-  
uis prolixas apud ægrotos recitabat, ita o-  
mnes res præseruatiuas, vt sacrificio Missæ  
peragendo vacare posset, negligebat. Que-  
ritur ergo an pastor accedens peste infectos  
neglectis antidotis quæ à Medicis tunc  
temporis præscribi solent, & facile haberi  
possunt, tentet Deum?

*Responsio.*

**N**equè ille tentat propter rationes an-  
te dictas, quia & si posset, non tene-  
tur regulariter sumere medicinas, sicut po-  
test quis licite vitam suam defendere, &  
propter bonum virtutis patientiæ vel alte-  
rius iustam sui defensionem ommittere.

Dices, Sanus qui non vellet cibum su-  
mere, diceretur vel Deum tentare, expectas  
videlicet cognoscere, an Deus posset eum  
in vita absque cibo conseruare vel velle sei-  
psum enecare: Ergo similiter peste infectus  
I vel



vel in morali periculo contagionis constitutus, si non sumat medicinas vel præservationes dicitur, vel Deum tentare, vel seipsum interficere.

¶. Negando consequentiam, quia neque hic quicquam à Deo petit cognoscere, ut superiore questione ostendimus; Neque potest dici se enecare velle, sicut ille qui non

*a Francisc. à  
Vist. relect. de  
temp. initio.*

vult uti alimentis, quia magna est (a) differentia inter alimēta & medicinas: Alimentum enim est medium naturale per se ordinatum ad vitam sustentandam, non item medicina. Nec homo tenetur adhibere omnia media possibilia ad vitam cōservandam, sed sufficit adhiberi media ad hoc per se ordinata, ut ante diximus: Quinimo laudata est (b) beata Agatha, quod medicinam carnalem corpori suo nunquam exhibuerit: Quamvis nō desint qui valde probabiliter dicant, quod si quis moraliter certus esset se sumpta medicina præservationem vel sanandum morbo illā debere sumere, & probant, quia in tali casu ego tenerer proximo dare: ego etiam tenerer sumere per regulam charitatis: (c) Diliges proximum tuum. sicut teipsum. unde de hac questione Franciscum (d) à Victoria, & ante illum Gabrielem (e) Biel.

*b Breviar.  
Rom. 5. Feb.  
Gabriel Biel.  
quast. de fuga  
pest. con. 9.*

*c Matth. 5.*

*d Relect. de  
temp. initio  
relect.*

*e supr.*